



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Qvadriga Pietatis

Bebius, Philippus

Coloniae, 1616

Spiritvs Sanctvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55113)

tam mutant, qui mortis nec horam, nec diem sciunt?

SPIRITVS SANCTVS.

Quid autem Spiritui sancto respondebis, aut quo ipsi ore loqui audebis, qui ei toties animæ tuæ portas occluseris, eumque à te (vt dæmonem reciperes) impie, atque impudenter excluseris? Confundimini, ô miseri homines, quos cum Deus crearit, vt essetis filij patris vestri qui in cælis est, digna tamen cælesti Patre opera vix vnquam faciat. Est in eo infinita mansuetudo & benignitas, paratusque semper est peccata remittere: vos vero iniquitate pleni, nõ solum

solum factas vobis iniurias nō
 condonatis, sed his etiam qui
 de vobis nihil male merue-
 rūt, iniuriam facitis. Est in eo
 summa bonitas, qua inimicis
 etiam, dum eos semper con-
 seruat, benēfacit: vos autem
 etiam amicis male facitis. Est
 in illo æterna sapiētia, & pro-
 uidentia admirabilis, qua v-
 niuersum moderatur: in vo-
 bis autem insigne omnia per-
 dendi studium, modo vt soli
 regnare possitis. Sed vos per
 Prophetam Deus ita reprehē-
 dit: *Nunquid habitabitis vos so-
 li in terra?*

Conclusio operis.

Me non materia, sed tem-
 pus deficit: sint itaque satis
 hæc

hæ
 fit
 &
 se
 di
 qu
 ion
 ma
 pa
 fir
 no
 qu
 tur
 coe
 qu
 str
 ad
 sur
 Ac
 cor

hæc sapienti lectori, qui possit ex paucis multa colligere, & confusionis fructum consequi; si præsertim assidue, & diligenter in his se exercent: quod quisque debet eo maiori studio facere, quod in eo maxima spiritualis fructus pars posita sit, ut nostram infirmitatem, & miseriam agnoscamus. Quod qui consequuti sunt, atque huiusmodi fundamento iacto ædificare coeperunt, possunt illi reliquam partem tuto superextruere: nam qui secus opus ædificant, his cum altius opus surrexerit, solet corruere. Accidit enim, ut orationis consolationes, quæ ad virtutes

tes

tes solent conferre, nisi humi-
 litate conseruentur, in falsas,
 fallacesque consolationes eua-
 dant. Ita boni desideria, bona
 quidem sunt: sed si ea nobis ita
 tribuamus, vt non Dei esse be-
 neficia agnoscamus, cum mag-
 nopere fallimur, tum non pos-
 sumus, tam infirmo iacto fun-
 damento, quicquam firmum
 extruere. Quamobrem qui sua
 vult opera esse perfecta, ea &
 confusione incipiat, & conser-
 uet, nec nisi confusione comi-
 tante progredi quoquam au-
 deat. ita fiet, vt qui confusio-
 nem nunquam deserit, a Deo ni-
 quam deseratur: qui cor con-
 tritum & humiliatum nunquam
 despicit, sed cum humilibus li-
 benter

ben
 sur
 qu
 no
 ne
 po
 lit
 est
 dia
 fas
 si e
 fio
 ruc
 glo
 fac
 nisi
 ctur
 tur
 mibi
 dipl

benter conuersatur. Hanc pos-
sumus dicere nuptialem vestē,
qua qui erit indutus, à nuptiis
non excludetur, Hoc est insig-
ne filiorum Dei: hac indui o-
portet qui Christum sequi ve-
lit, quando ipse ea ita indutus
est, vt diceret: *Tota die verecū-
dia mea cōtra me est, & confusio
faciei meae cooperuit me.* Quod
si etiam Christi faciem confu-
sio cooperuit, qui est Angelo-
rum speculum & sanctorum
gloria; cur non ea peccatoris
facies cooperiatur? aut quis
nisi ea indutus in Dei conspe-
ctum venire audeat, cum scrip-
tum sit: *Induantur qui detrabūt
mihi pudore, & operiantur sicut
diplōide confusione sua?* Atten-
de por-

de porro dicentem Dominum.
Super quē requiescet spiritus me-
us . nisi super humilem, & con-
tritum spiritu, & tremementem ser-
mone meos? Quod si iustos e-
tiam induit Deus confusione,
non est quod se putet pecca-
tor sine ea viuere posse: cum
præfertim non solum iusti in
terra, sed etiam in cælo Sancti
veste hac induti sint. Quod vel
ex illis Euangelij verbis intel-
ligi potest, quibus Christum
in die iudicij ita alloquuntur:
*Quando te vidimus esuriētem,
& pauperem te?* id enim dicunt
tanquam admirati, tam par-
uis operibus, tanta se præmia
meruisse: id quod satis Augu-
stinus indicat, cum sic dicen-
tes in-

tes
ta
pr
hu
qu
qu
fr
re
cu
ge
de
m
A

tes inducit: Domine, cur tantam, & talem nobis gloriam præparasti? Quod si hæc nos humilitas in cælum euehit, æquum est eam hic amplecti, ei-que nos tanquã tabulæ in naufragio credere, neque dubitare futurum, ut ei innixi, periculoso miseræ huius vitæ pelago traiecto, in cælestem tandem aliquando portum Dei misericordia perueniamus. Amen.

FINIS.

MII

1-8

